Non est dubium **De decem gradibus humilitatis**
quod si quis suam malitiam et defectus bene
cognosceret · quam ipse sibiipsi feteret et
adeo seipsum abhorreret quod vix seipsum posset
sustinere · Insipientes vident sibi aliorum defectus
respectu suorum esse virtutes · Interim etiam vilescerent
sibiipsi · ut etiam creaturis irrationabilibus et insen-
sibilibus se fetere putarent · et mirarentur non
modicum · quomodo eum terra sustineret · et quomodo aliqua
creatura · aliquod servitium vel beneficium sibi
prestare posset · Possumus autem decem gradus
humilitatis distinguere ¶ Primus est ut homo
peccator · tamen se reputet miserum · ut videat
sibi · quod in omnibus deficiat et quod omnia bona ·
que contulit sibi deus · quantum in se est inficiat ·
et sic etiam in operibus bonis et meritoriis ·
quantum ex se est potius demereri quam mereri credat ·
et sic in omnibus nichil sibi attribuat nisi ma-
lum ¶ Secundus est ut velit ab omnibus
detestabilis et abhominabilis reputari · et
potius peccator maximus quam virtuosus · et velle
magis vituperari quam laudari de quantocumque
etiam laudabili opere · dummodo tamen hec non vergeret
in proximi detrimentum ¶ Tercius gradus est ·

ut reputet ſe viliorē nō ſolū oī hoīe · Sed
etiā oī creatura · Ad quē ſcdm̄ ſic ꝑt aſcē
dere · debꝫ enī cogitare · quātū ad bruta
aīalia · et res inſenſibiles · q̄ nunq̄ creatorē
ſuū offenderunt · ſicut miſer hō ſcdm̄ coꝫ
ſtatū · nō ſolū ſemel ſed frequentiſſime · q̄ntū
vō ad dēones ꝑt cogitare · q̄ q̄ntū ad aliq̄d
plus peccamus · quia ipſi · q̄ ipſi maximū allec
tiuū hūerunt · ad ſupbiendū · ſcilicet nobi
liſſima nālia ſua · et excellentiſſimas dig
nitates · Nos autē hēmus maximū allec
tiuū · ad nos humiliandū · ſcilicet nr̄am fra
gilitatē · vilitatē · ꝑuitatē · infidelitatē
ac infelicitatē · Itē aliud eſt ipſi nō dū
videant ꝑ effectū · q̄ntū peccatum deo diſpli
ceret · nos autē videmus et cognoſcimus
iā tā nobiles creaturas · ꝓpter peccatum de
iectas · et multas alias pēnas ſupbom̄
et tn̄ totū cōtēpnentes · offendimus creatorē
noſtrū · et ideo in nobis maior cōtēptus · et ꝑ gns
maius peccatum videtur · Itē angelorū nāꝫ filius
dei nō aſſumpſit · nec ꝓ eis reparandis mortuus
eſt · nec carnē in cibū · nec ſanguinē ſuū
in potū eis exhibuit · Et ideo ſine cōparatione videtur

maior iniꝗtitudo ēē ex pte mā · q ex pte coꝝ
Ex hijs igitur et alijs rōibus · me qui deū meū
offendi · detestabiliorē oī creatura irrōbili
et insensibili · et oī denīq; bn̄ possū reputare
Et licet nūc sim in gra · tn̄ qr pam̄ in q
fui est a me · quo ſcilicz pctō debeo me
vilē et detestabilē reputare · gra vero in
qua nūc ſū nō est a me · quare nō debeo
reputare laudabilē · Sed oēm laudem
in fontē grē refundere · omne vo vituperium
mi debeo tribuere / Quomō vo pt ſe quis
viliorē oibus reputare · planū est · quia
de alijs deb; bn̄ ſentire · de ſe vo nō ſolū deb;
ſed oportet male ſentire · ſi habet oculū
aptū · qr videt ſe infinitis defectibꝰ et
ſpurcicijs · Preterea cū ſciat deū ēē ubiq;
qui est ſummū bonū et imensa dulcedo ·
quō pt credere · q alij tā parvulis ſolis
et ſplēdoris etiā lumē recipiant et q tam
irreverent' corā tanto dnō aſſiſtant · et tam
parū de eiꝰ offensa erubeſcant et multa
alia · q lōge ēēnt enarrare · Quantū ad
infideles · pt cogitare · q ſua fides non

ſentiat de dō ſicut ipē et q tn̄ parū

excuſat eum a peccato · ſed potius aggravat ·
quantum ad magnitudinem et contemptum · ¶ Unde ſi
Judeus vel hereticus vel ſarracenus crederet
de deo quod ego credo · forte non ita nequiter
et infideliter · habet ſe circa dominum deum
ſuum · ſicut ego me habeo ¶ Quartus
gradus eſt ſe indignum reputare · non ſolum
omni bono gratie glorie fortune et nature · ſed etiam
debet ſe indignum reputare creature nomine
appellari · non enim par eſt ei vel dici cre-
aturam · quantumcumque etiam viliſſimam ¶ Quin-
tus gradus eſt · ut ſe reputet dignum omni
pena tam temporali quam eterna · temporalem libenter ſuſti-
nens et affectans · pro eterna vero vitanda · di-
vinam miſericordiam implorans ¶ Sextus eſt
ut ſe tanquam ſtercus abhorrens et quantum
in ſe eſt ab aliis abhorreri cupiens de
ſui conſolatione et honore nichil curet
Sed ſe totum ad dei honorem exponat
omni tempore omni loco · et omni modo quo melius
poterit ¶ Septimus eſt velle omnem cre-
aturam · que ſub ſole eſt in hac miſera
vita ſibi contrariam invenire · et ex hoc ſoli deo

posse adherere · quia quicquid omni creatorem conspe-
sit et ideo dignus est · ut ab omnibus creatu-
ris impugnetur et ideo hoc appetere · videtur
michi perfecte iusticie ¶ Octavus est velle
liberius deo servire in evacuando cloacas ·
aut alia vilissimo ministerio · dummodo esset
ad dei honorem quam cupit super omnia quam in
pontificali · aut alio quovis dignitatis
officio etiam si equalis meriti esset · vilia
ergo et contraria sint tibi in desiderio · hono-
rificancia vero et delectabilia in tedio ¶
Nonus est ut velit insipiens et stultus in
omnibus et ab omnibus reputari · ¶ Et quantum
ad scienciam naturalem acquisitam vel infusam · et
non solum vilis sed etiam inutilis velit
ab omnibus reputari dum tamen hec reputacio
non sit in reputancium detrimentum · aut in
preiudicium alicuius sed in deiectionem sui ipsius
¶ Decimus est ut tanta reputet mala
sua pro eorum effusione se ledere se reputet
proximos et si quid mali ei acciderit ·
propter peccata sua reputet evenisse · ¶ Tanta
etiam bona proximorum ut quicquid boni possidet
hoc communicantis non suis ascribat ·

et ideo cum ipſe alios inficiat · et ab aliis
beneficia recipiat et cum eorum minus ſe fa-
cere ſuſtentari et adiuuari recognoſcat · merito
debet ſecundum ſe ipſum viliſſimum reputare · et
omnibus inferioribus et honeſtis ſubiacere · Iſte
eſt humilitatis perfecte decalogus et pſalte-
rium decacordum · quod qui pſallerit credo quod
premium excellentiſſimum habiturum

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

[illegible] dñi [illegible]
[illegible]
Ipsum [illegible]
[illegible] omnes [illegible]
[illegible]
[illegible] ut [illegible]
[illegible] mortu[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] facere [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ut trade[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]